



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

Ientacv-||la noui testamenti Cardi.||nalis sancti Xisti.||

**Cajetan, Thomas**

**Colonie, 1526**

**VD16 V 1243**

Ientaculi septimi questio tertia.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34421**

Ientaculi septimi questio tertia.

**C**irca Tertium dubitanci ratio est, quia Christus dñs ab eterno fuit deus: nec per mortem dicitur esse deus: nam totus deus erat in sepulchro, et totus deus erat in inferno cum anima Christi. Quomodo ergo post resurrectionem suam de eo dicitur, quod dignus est accipere divinitatem, quasi non haberet illam.

**A**d hoc Beatus dicitur, quod accipere dicimus aliquid non solum si de novo accipimus illud, sed etiam si prius illud habentes de novo utimur. Onde et habens gladium dicitur accipere gladium quando de novo utitur illo. Et iuxta hunc sensum dñs Jesus licet ab eterno fuit deus, et nunquam desierit esse deus: quia tam post resurrectionem suam usurpatus erat diuinitate sua manifeste, quam sub passibili carnem tanto tempore occultam tenuit, et ex merito passionis sue debebatur sibi manifestatio glorie sue (ut apost. ad Philip. 3, 21 dixit) ideo dignus post resurrectionem suam dicit accipere divinitatem non ad de novo habendum illum, sed ad manifestum usum illius, qui usus usque ad die iudicij quo manifestissime apparebit omnibus deus extenditur. Hec de tertio et tota hac parte. Bude sabbato in albis. M.D. xxiiij.

Incipit octauum.